

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Lobeck Johannes Corfinius

**Disputatio Prima Ex Symbolo Apostolico, Proponens eius originem, autoritatem
& divisionem, quaedam etiam de Fide complectens**

Rostochii: Myliander, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918>

Druck Freier  Zugang



R. N. Theol.
Lobeckius. 1601. 02.

2. M. - Theol 1601 Lobeck David 1a. 1
2. M. - Theol 1602 Lobeck David 1a. 2
2. M. - Theol 1602 Lobeck David 1a. 3

3



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756502918/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756502918/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918/phys_0003)

DFG

A. T. T. O. M.

DISPUTATIO PRIMA

EX SYMBOLO APO-
STOLICO, PROPONENS
ejus originem, autoritatem & di-
visionem, quædam etiam de FIDE
complectens,

quam

Sub Præsidio

Reverendi & Clarissimi Viri,

Dn. DAVIDIS LOBECHII
S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, & in illustri
Academia ROSTOCHIENSIS Pro-
fessoris Publici

defendendam proponit

JOHANNES CORFINIVS
ROSTOCHIENSIS.

Ad diem 25. Novembr. in Collegio disputatio-
num privato.

ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri, Anno 1601.

1601.

13



Reverendo, pietate, & eruditione
clarissimo viro.

DN. M. DAVIDI BAUMGART-
NERO, Ecclesiæ Frienvvaldensis Pome-
ranorum, Pastori vigilantissimo, Prä-
ceptoris suo perpetua fide
colendo,



Hasce positiones, debita observantia
& gratitudinis ergo
dicat, offert & consecrat

IOHANNES CORFINIVS. R.



15

Thesis I.

Rimo gradu ὑπερψώτως explicato, Symboli nostri refugis insistentes, ad secundum, omnium longè jucundissimum juxta ac grauiissimum progredimur, qui fide, & quæ ut præcedentes & sequentes, & non sensu comprehenduntur, de quo proficiemus:

Tertia die resurrexit a mortuis.

2. Quibus verbis οὐαὶ βδόν, latissima catastrophe passionis & mortis filii Dei, & fundamentum, & causa resuscitationis nostrorum corporum, totumq; de Christi à mortuis Resurrectione mysterium, comprehenduntur, cui peculiari fortunâ, p̄a alijs ferè omnibus, sobrigit, ut, cum omnia per levia & ambitiosa ingenia aeterno carbone sint notata, immune à fermento isto manserit, nisi quod Manes & Manichai, καὶ τὰ σόκησιν eam factam esse, nugati sint.

3. Hujus ut plenior constet intellectus, sequentes tres potissimum circumstantias, 1. τὸ ὅτι. 2. τὸ διέτι, quò fructus seu effectus spectant, 3. τὸ τῶς, in praesenti hac συζήτησι, ov; θεῷ proponemus & expendumus.

4. Principiō nihil nobis majoris curæ, quam ut τὸ ὅλο certissima firmissimāg; habeamus testimonia, unde vera fides concipiatur, cum Evangelica doctrina summa sit: Iesum Christum esse mortuum pro peccatis nostris secundum scripturas, & resuscitatum die tertiat secundum scripturas. Rom. 4. 23. 1. Cor. 15. 3. 4.

5. Nisi n. hoc certò constet, teste Paulo, vana est fides nostra, omnes Apostoli falsi testimonij arguuntur, adhuc sumus in nostris peccatis, & omnium miserabiles: nec mortui resurgerent, nec ascendisset Christus in cælum, nec sederet ad dextram patris, nec misisset S. S, nec dominaretur à mari usq; ad mare.

6. Non v. sentiendum, Christum ex improviso nullo vaticinio præcedente, ex morte in vitam emersisse, & se se ex oculis discipulorum mox subduxisse, & in sui patris regnum nullis certis, sua Resurrectionis uagi-

enī possit se relictis, proripiisse sed nullò ante, quod non solum esse
mortuus, verum etiam se, à sepulchro, & corruptione vindicaturus,
S. S. per Prophetas annunciarvit & pradixit.

7. Quorum varičiniis & asseverationi citra omnem dubitationem
credendum est, et jam si Apostoli & Evangelistae à se visa non referent.
Si n. testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maior est. I.
Ioh. 5. 9. Et hoc doctrina à S. S. est allata, 2. Pet. 1. 21. I. Thess. 2. 13.

8. David Ps. 16. 10. Non derelinques animam meam in inferno,
nec das sanctum tuum videre corruptionem, quod de Christi Resurr.
Petrus Act. 2. 27. interpretatur. Non minus Psal. 22. v. 28. & 29.
perceptionibus Christi infinitis explicatis, eius regnum & Majestatem,
Resurrexit clare arguentem, describit.

9. Esaias 53. 10. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit se-
men longevum, pro eo quod laboraverit anima ipsius, videbit & sati-
rabitur. Michæas. 2. 13. Os. 6. 2. 3. & 13. 14.

10. Summatim. Vbicunq; Prophetæ concionantur de æ-
terno Christi regno, ibi significant pariter Christum à mor-
tuis resurrectum. Quomodo n. perpetuo regnare, si mors eum de-
tinuisse?

11. Christus, veritas ipsa Ioh. 14. 6. priusquam ad crucem fuit ra-
ptus, manifestè & sapissime se Resurrectum prænunciavit, Matth. 12.
39. Ioh. 2. 19. & 10. 18.

12. Confirmant reverā id à Christo præstatum Angeli, cœlitus ad
hoc ipsum testificandum misi, mulierib. dicentes: Surrexit non est hic.
Matth. 28. 6.

13. Confirmant multæ Apparitiones, quibus sese suis discipulis re-
divivum 40. diebus, tanquam clarissimis & evidenter argumentis,
exhibuit, & de verâ, veri corporis sui, resurrectione testificatus est.

14. Apparuit primum Maria Magd. Marc. 16. 9. alii mulieri-
bus Matth. 24. 9. discipulus Emaunem euntibus Luc. 24. 13. Petro' Luc.
24. v. 34. i Cor. 15. 5. vesperi discipulis absente Thomâ Ioh. 20. 19. de-
hinc post octiduum ijsdem praesente illo v. 26. pescantib. Ioh. 21. 1. evoca-
tis in

eis in montem quendam Galilea Marth. 28. 17. amplius quam 500.
fratris uno eodemque tempore 1 Cor. 15. 6. Iacobo v. 7. quae apparitio est
indubitate, licet nullibi alias recensetur, quippe a tanto Apostolo lite-
ris prodita, et tandem discipulis in monte Oliveti, quando in caelum as-
cendit, Luc. 24. 5. Ultimò omnium ipsi Paulo Act. 9. 4.

15. Huius à mortuis, omni exceptione majoribus, et Christum à mor-
te redivirum suis oculis aspicientibus, meritò fidem habemus.

16. Et quamvis has Apparitiones scriptura non recenseret, Angelique confirmassent: tamen impossibile erat ipsum a morte reti-
neri, Act. 2. 24. quia erat Dei filius unigenitus Ioh. 3. 35. erat ipse De-
us, fons et auctor vitae Ioh. 10. 25 qui omnibus dat vitam et halitum,
Ioh. 10. 8. erat justus homo, omni peccato carens, Ioh. 8. v. 46. 17. Nec
officium Mediatoris permittebat, cum Mediator θεάνθρωπος in aeternum
deberet regnare Ps. 45. 7. 89. 36. 2. Sam. 7. 13. Es. 9. Ezech. 37. 23.
Dan. 7. 27. Luc. 1. 33. semper pro nobis intercedere, et tanquam sacerdos
aeternus coram Deo apparere Ps. 110. 4. Rom. 8. 34. conferre suæ Ec-
clesiae omnia illa beneficia, moriendo ei parta Ioh. 1. 16. 1. Cor. 15. 21 ut
ita esset Mediator non tantum merito sed et efficacia.

18. Atq; sic Resurrectione hac suâ hostes morienti exprobantes: Ali-
os servavit, seipsum servare non potest. Matth. 27. 42. confudit et pude-
fecit, mortemque in victoriam absorpsit, 1. Cor. 15. 54.

19. Exposito τῷ ὀλίγῳ, sequitur τὸ διατέλειον, fructus seu effectus Resurrec-
tionis Christi complectens, quae cum latissime pateant, in pauca redigemus.

20. Resurrexit autem Christus propter patrem, propter scripturam
et propter nos, et seipsum: Propter tuam & patris gloriam: ut
declararet se vere Dei filium, esse, Rom. 6. 4. Ioh. 17. v. 1. nempe Dei
unigenitum et naturale, Rom. 1. v. 4. et Act. 13. 33.

21. Propter scripturam: ut implerentur vaticinia de ipso resurre-
ctuero edita Ps. 16. 10. Es. 53. 10. Ioh. 20. 9. Nondum sci bant scriptu-
ram, quia oportenter eum a mortuis resurgere. 1. Cor. 15. Resurrexit
Christus a mortuis secundum scripturam.

22. 2. Vt sacro sanctum eius corpus donis cœlestib; qualitatibus novis,
et gloria donaretur, Es. 53. 8. Eph. 1. 19.

A 3 23. Fa-

23. Factum est enim immortale; nam quod mortuus est, peccato mortuus est semel, nunc a. ingressus nova vite conditionem, non moritur amplius, mors ei ultra non dominatur. 2. ornatum est claritate a luce inenarrabili, & ut verbo complectar, factum est illud spirituale.

24. Hinc in Resurrec. obsignatum lapidem sine offensione ullâ penetravit. Nō n. Christi causâ venit Angelus, & lapidem avolvit Mathe. 28.2 tanquam sine eius operâ non posset exire: sed ut fides fieret mulieribus & Apostolis, Christum resurrexisse.

25. Hinc ἀ Φανῆ ψιούεν coram duob. discipulis Luc. 24. 31. & θυρῶν κεντησε μένων ΙΑΝΒΙΣ ΚΛΑΒΣ ΙΣ ad discipulos ingressus est, Ioh. 20. 19

26. Non ab ipso Christo subito aperta, vel ab aliquo discipulorum referata fuit, ut quidam nugantur. Quād inepta n. sit ratiocinatio, à corpore animali ad spirituale, ita ut quod animali sit impossibile, id ipsum spirituali quoq. sic & sicut, quis non videt?

27. Legantur patres, longè aliter sentientes. Aug. Ser. 138 159. Idem truct. 121. in Iohan. Cyrill. lib. 12. in Ioh. Ca. 53. Chrys. Ser. 9.

28. Hanc gloriam in mansione istâ 40. dierum repressit & cohibuit, ut discipulorum infirmitati inserviret: Nam si statim omnem fulgorem gloriose sui corporis in his terris exhibuisset, cuius in monte aliquem gemitum prabuit Matth. 17.1. discipuli nec ferre hanc lucem & claritatem, nec per eam videre veritatem corporis, & certitudinem Resurrect. possissent.

29. Eandem ob causam non ex necessitate, sed oīxovōpīce seu dispensatione, ut Nazianzenus inquit, posse resurrect. clavorum stigmata retinuit eaq. discipulis monstravit, quae tamen nunc ad dextram Dei non retinet. Id n. cum naturâ, & proprietate, & plena perfectione glorificatorum corporum pugnat.

30. Nec obstat locus Zach. 12.10. dicentis: Videbunt in quem pupigerunt: illa enim non de stigmatibus ipsis, sed Christi corpore sunt intelligenda. Non enim conficiunt vulnera, sed visuri sunt Christum, quem compunserunt.

31. Gloria

31. Gloria v. hac ex Resurrect. beneficio est finita, & ad sancto-
rum gloriam in vita beatâ comparabilis servatâ tantum graduum diffe-
rentiâ. Et differt plurimum ab ea, quam ex ynione personali, & exal-
tatione ad dextram patris habet. Hæc enim non finita, sed infinita, non
creata, sed increata est.

32. Resurrexit deinde propter nos, & nostram salutem.
1. propter Iustificationem nostri, ut sufficienti λύτω, pro peccatis nostris
judicio Dei persoluto, nobis ipse promeritam iusticiam conferre posset.
Rom. 4. 25.

33. 2. Propter donationem S. S. & excitationem nostri ad novam
vitam. Sicut in: ipse non moritur amplius, sed perennem vitam D E O
vivit: ita & nos per S. S. viviscat & regenerat, ut peccato mortui,
Deo perpetuò vivamus Rom 6. 4. 2. Cor. 5. 15.

34. 3. Propter Resuscitationem corporum nostrorum. Si enim Christus
resurrexit, vtiq; & nos resurgemus, ratio est, quia Christus est
sua Ecclesiæ caput, quo ex morte liberato, necesse est etiam membra re-
viviscere.

35. 4. Ut redderet nos à peccato & morte perfectè tandem liberatos,
glorie ac regni eiusdem socios & coheredes, Col. 1. 18. Rom. 8. 17.

36. 5. Ut nostra σωματικὴ πνευματικὴ suo corpori glorioſo con-
formia efficeret, non ratione divina illius gloria, quam obinet ex uni-
one, sed eius, quæ accessit corpori ipsius ex resurrect. Illa enim ut soli
Christo est peculiaris, & nulli homini competit: ita hæc eiusdem est ge-
neris, cum reliquorum sanctorum glorificatorum gloriâ, naturæ τὸ μέρος,
licet ineffabiliter maiori gloriâ excellat naturæ τὸ μέρος, sicut Theodo-
retus inquit.

37. Hinc de Electorum corporib. Apostolus 1. Cor. 15. afferit. fe-
minari corpus animale, & resurgere σωματικὴ πνευματικὴ, non respectu
spiritus; sed attributorum & donorum.

38. Eorum vulgo in scholis 4. numerantur, impassibilitas seu im-
corruibilitas, Claritas, Agilitas & subtilitas, quorum quasi genus
potest constitui, σωματικὴ πνευματικὴ.

39. Quid autem in specie singula attributa includant, ut quenam sit
corporum

corporum resuscitatorum impossibilitas, quanta claritas, qualis agilitas, & subtilitas, non potest in hac infirmitate sine expressa patefactione asseverari.

40. Ut enim auris non audiret, oculus non videt, nec in cor hominis ascendit, quod dominus preparaverit diligentibus se, ita quoque quid in specie possint praestare corporibus suis, revelatum non est.

41. His vero qualitatibus tantum beatorum corpora erunt ornatae non damnatorum, que tamen apta erunt, ad aeternos eructatus inferni perferendos.

42. Tertiam quod attinet circumstantiam istam, sciendum, I. Christum cum suâ propriâ potentia Ioh. 2. 19. et Ioh. 18. cum patris & S. S. Col. 2. 12 Rom 6. 4. &c. excitatum esse, Siquidem potentia illa & virtus, quam esse excitatus tribus personis essentialiter esse communis.

43. Propriam a. appellamus respectu quidem divinitatis & 1978 per se: communicare a. (realicer) respectu humanitatis: Sic tamen, ut corpus quidem propter exinanitionem ad vivificationem sui non currerit, anima tamen ab ista actione minimè excludenda sit.

44. 2. Resurrexit vere. Sicut n. concepero passio & mors filij Dei, in rei veritate contigerunt, nec spectra, vel præstigia tantum Marcioniticae fuere: Sic etiam resurrexio.

45. 3. Resurrexit eadem persona, qua passa & mortua fuerat: idem corpus quod ceciderat, secundum carnem resurrexit. Nam Resurrexio & casus habent se correlativa, I. Pet. 3. 18.

46. 4. Resurrexit vero corpore glorificato, non tamen quod ad essentialiam in spiritum transformato Luc. 24. 39.

47. 5. Resurrexit tertio die secundum scripturas I Cor. 15. 4. juxta typum Iona Matth. 12. 39. Ion. 2. 1. juxta predictiones suas ipsius Matth. 20. 18. Marc. 10. 34. Luc. 18. 33.

48. Damnamus Iudeos, & alios profanos, negantes Christum resurrexisse, & nostram credulitatem ridentes: Manichaeos etiam & Marcionitas Phantasticam Christi Resurrectionem commissificantes. Similiter & Saduceos Matt. 22. Act. 23. Epicureos Sap. 2 & urrisores 2 Pet. 3. nec non Hymenaei Phileti & Alexandri corruptelas I Tim. 1.

2. Timoth. 2.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756502918/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756502918/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn756502918/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756502918/phys_0016)

DFG

ardens, *vixq; enim vnum idemq; obiectum sibi habet proprium nimirum cum vniuerso suo merito.*

30. *Subiectum in quo fides justificans ut qualitas habeat voluntas, & cor hominis, Act. 8. v. 37 Proverb. 3. v. 5.*

31. *Causa formalis est ipsa fiducia, qua misericordia Dei nostri, in verbo Euangelij obiectum nobis applicamus, inq; eo.*

32. *Causa finalis est salus nostra i. Pet. 1. v. 9. finit vita eterna, item celebratio nominis Divini, justicie &*

33. *Effectus eius sunt, gaudium in Spiritu sancto, pacem conscientie, quam Paulus in omnibus suis Epistola precatur, ex qua oritur neppenitentia, quâ libere & cum faccendimus, Eph. 3. v. 12. i. Ioh. 2. v. 28.*


34. *Neg, tamen statuendum, fidem justificare quatenus sese, tanquam virtus quedam, habitus, aut qualitas in natura, sed quatenus relata & proprium suum obiectum & cor pro Christum eiusq; meritum respicit & firmiter apprehendit.*

35. *Porro partes seu gradus vera & salutifica fidei trahuntur seu noticia omnium articulorum doctrinae Christianae, & ipsius seu assensus, qua non solum omnes doctrinæ Christianæ cognoscimus, sed etiam ipsorum assentimur, & in his promiscue amplectimur. 3. & nos postea quæ est fiducia, acquisita cordia Dei, & certo statuens, sibi peccata remitti propter*

4. v. 21. Col. 2. v. 2. Heb. 6. v. 11. & 10. v. 22.

36. *Tertia hæc pars continet formam fidei, eiusq; naturam Abraham Rom. 4. optime declarat, quod sit eiusmodi fiducia in Dei ob peccatum consternata, generales Euangelij promissionem peccatorum, justicia & vita eterna sibi quoque in hunc sese erigit, consolatur, & confirmat.*

37. *Hi tres gradus ad substantiam seu qualitatem futurae requiruntur, ut ab iniuicem diuelli nequeant: neg, enim noticia nimis, eam constituit, siquidem communis ea esse per infidelibus, Christianis & hypocritis, immo ipsis diabolis, dicitur.*



357